PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 178r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Incipit rethoricorum Aristotilis liber primus

Rethorica cum dyaletica conuertitur. Nam de eis utique est que congnoscere quodam modo omnibus communiter est et nullus determinate scientie. Quapter omniam utique quodam modo participant. Nam omnes usque quaque tum querere ac reddere rationem tum defendere ac arguere conantur. Verum multi hec temere non nulli exercitatione ac habitu fretitant: que quoniam utique fieri modo possunt patet quod possunt. etiam inserta rationem ac viam redigi. cui eius causam inspicere possumus quo ta qui exercitatione qua qui talis dicunt quod volunt adipiscuntur. id vero artis esse officium omnes recte contendent. Quicque igitur eloquentie artes ad presens usque composuerunt paruam ipsius particulam adinuenerunt. Nam cum facere fidem artificiosum tantum modo sit cetera uero attendant. Ly de enthimematibus que per suasionis nerui sunt nihil dicunt. hys autem que preter rem sunt plurima pertractant. Indignatio enim misericordia ira ceteri que animi affectus non de ipsa re sunt sed commouendi iudicis causa. Quare si quemadmodum in nonnullis ciuitatibus solet maximeque in hys que bonis legibus gubernantur sit in omnibus quoque iudicys esset nihil profecto haberent quod dicerent. Nam cum omnes ita oportere legibus esse constitutum arbitrarentur quidam etiam vtiuntur ac prohibent preter rem quicquam dicere ut et areopagite rede ita putantes non eos oportet in iram aut inuidiam aut misericordiam impellendo a recto iudice inflectere ne similis ei simus qui eam qua vsurus sit regulam prius inflectit. Ad hec quoque perspicuum est nihil ad litigantem pertinere nisi ut ostendat utrum res sit nec ne et factum ne sit annon. Si vero magnum

Rethorica inquit cum dialectica quantum ad ipsa sic generum actus in sine subiecto ut ho et risile quod patet ex eo quod nec paulopost dicit simulatque dyalectica rethorica esse ut omnes dyaletica

nullius